



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 90119266

§. 60. Vincentii Grimani Veneti decessus & fata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](#)

Sæc. XVIII. Tandem Marcellus Ravennæ Le-
A. C. 1710 gatus a Clemente XI. nominatus sum-
ma fide, prudentia, studioque tanti
muneris partes adimplevit, simulque
decus Ecclesiasticum, summique Pon-
tificis jura constanti fortique animi
sustinuit, donec a sua Legatione Fa-
ventiam reversus, anno ætatis sive se-
ptuagesimo septimo meritorum coro-
nam in cælis adipisceretur.

§. LX.

*Vincentii Grimani Veneti decessus
& fata.*

Guarnac.
Vit. Card.

Fatali etiam mortis necessitati hoc an-
no cessit Vincentius Grimanus ori-
gine Venetus, & patria Mantuanus.
Hic emenso studiorum cursu Lucadie-
sis Abbas in Sabaudiam secessit, ubi
Leopoldo Cæsari apprime additus
Ducem a Gallicis ad Cæsareas partes
reduxit: inde Mediolanum delatus
dum Eugenium Principem salutaturus
equo suo descenderet, bis plumbus
glande innoxie petebatur, & quamvis
hujus sceleris Author haud detegretur,
nemini tamen dubium erat, Grimanus
eo quod Gallicum aurum respuisset, Gal-
licum plumbum fuisse obtrusum: Ho-
tamen periculo defunctus, Viennam
secessit, ubi Cæsaris quidem gratiam

sed propterea maximam Aulicorum in-
vidiam sibi accersiverat, a Venetis quo-
que omnibus suis bonis, cunctisque suæ
patriæ prærogativis privatus. Verum
hæc ipsa fortunæ malevolentia Grima-
no saluti fuit; quippe a Leopoldo Im-
peratore animi sui gratitudinem testa-
turo ad Purpuram nominatus, Romam
venit, quam tamen urbem ob dissidia
inter ipsum & Martinizium Comitem
Cæsaris Legatum exorta relinquere
coactus, Viennam reversus est. Ob-
eunte autem Innocentio XII. Romam
ad S. Comitia redux, Clementis XI.
utpote Gallicæ factioni adhærentis e-
lectioni obsistere, incassum tamen la-
borabat, atque ab eodem Cæsare suæ
Domus Augustissimæ, necnon totius
Germaniæ Protector, & a Josepho Cæ-
sare apud Pontificem Legatus nomina-
batur, reluctantibus vehementer Hi-
spanæ, Gallicæque partis fautoribus,
qui eum velut turbidæ indolis homi-
nem a Legati munere arcere frustra
nitebantur. Incurrebat paulo post ipsius
summi Pontificis indignationem, eo-
quod integrum militum legionem pro
Scarpalegia, qui tum Pontificias di-
tiones excursionibus suis multum vexa-
verat, conduxisset, quocirca Pontifex
eidem anathematis poenam intermina-
bat, cuius tamen metum impendentes

Cæ-

R 3

Sæc. XVIII.
A.C. 1710.

Sæc. XVIII. Cæsaris copiæ brevi dissipabant: Po-
A. C. 1710. quam vero Grimanus anno hujus sa-
culi octavo a Carolo III. Hispanorum
Vid. supra Rege in Neapolis Pro - Regem nomi-
l. 214. §. 37. natus fuerat, libertate moderatione
pag. 676.
t. 67. &
pag. 693. limites excedente summo Pontifici, u-
jam supra meminimus, aversum ergo
Austriacos animum reprobrabat, atque
insalutato Papa & Cardinalibus
Roma excedens, Neapolin venit, u-
a Nobilibus, Magistratu, cunctisque Col-
legiis summa honorum testificatione ac-
ceptus, ob integritatem, justitiam, le-
ges Regno perutiles, & strenue pro-
ratum populi commodum cunctis ac-
ceptissimus erat: Novum autem Pon-
tificiæ offenditionis argumentum exsite-
rat edictum, quo pecunias Romanas mit-
tere prohibitum, proventus Carolo Rego
adversantium intercepti, & Pontifici
jus in Neapolis Regnum, Beneventan-
nam & Avenionensem ditiones de-
gatum: Verum a Pontificis ira Grima-
num sat securum reddebat summa au-
toritas, qua a Carolo Rege prædicto
erat; quocirca pro suo arbitrio cunctu
de Gallorum commercio suspectos gra-
vibus poenis subjicit, Episcopos, qui
proventuum exactores censuris pen-
stringere ausi erant, custodiæ dan-
Nuntii Ministros, eoquod anathemati-
literas affixerant, Regno expelli, Se-
culi

culis Philippo V. adhærentibus bona Sæc. XVIII.
eripi, atque Abbatem Boschium suum A. C. 1710.
Secretarium proditionis reum laqueo su-
spendi jussit, necnon ad belli expensas,
nova eaque gravia tributa populo & Nobi-
litati non sine maximis tumultibus ubi-
que exortis, imperavit: Postquam vero
Pontifex Carolum Regem Hispaniæ
salutaverat, Grimanus initior factus,
prius edictum sustulit, captosque Epi-
scopos libertati reddidit: nec tamen
propterea æmolorum invidia, odium-
que resedit: Tandem vero hic Cardi-
nalis in periculosissimum morbum inci-
dit, quo conterritus literas submissione
plenas ad Papam dedit, ad quas Cle-
mens die vigesima sexta Septembris
responsurus, eundem hortabatur, ut
præprimis æternæ suæ salutis curam
haberet, ac memor, quam graviter
S. Sedem, Ecclesiæ auctoritatem &
Christi Sponsam læserit, aut lædi per-
miserit, vel ejusmodi læsiones promo-
verit, vel eas non impediverit, de-
mum satisfacere, & famæ, conscienc-
tiæ, æternæque suæ saluti consulere
non oblivisceretur, quo facto Pontifex
eidem indulxit, ut ejus Confessarius
authoritate Pontificia eidem plenam
peccatorum Indulgentiam, & Bene-
dictionem Papalem impertiri possit:
hanc tamen Grimanus morte præ-
ventus

R 4

Sæc. XVIII. ventus recipere haud valuit; jam enim
A. C. 1710. die vigesima sexta Septembris, eadem
 nimirum die, qua Pontifex præfatas
 literas ad Cardinalem dederat, morta-
 litatem exuit annos natus quinquaginta
 octo. Redarguitur passim, quod Jun-
 Cæsar is amplificare desiderans, non
 raro Ecclesiæ immunitatem neglexerit,
 & Pontificiæ auctoritati obdurato
 mis animo adversatus fit.

§. LXI.

Principum atque illustrium extrema

Gottfrid. Ex Principibus hoc anno denatis pri-
Hist. cont. mus occurrit Ludovicus Henricus
Chron. l. 15. Nassovio - Dillenburgensis Princeps, qui
pag. 721. die decima quinta Januarii decepsit.
 Hunc eodem fato sequebantur die de-
 cima septima Februarii Fridericus Au-
 gustus Saxonie Dux, die tertia Martii
 Ludovicus Dux Bourbonius, die de-
 cima tertia Maij Henricus Dux Saxo-
 Romhildensis, die decima octava Octo-
 bris in castris Christianus Ludovicus
 Princeps Anhaltinus, & die vigesima
 ejusdem Mensis Emanuel Saxo - Go-
 thanus Princeps.

§. LXII.